



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 36. Joannis Baptistæ Cardinalis de Salerno decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Clarius
ræbuit
pesulis
dduxer
m Es
ro ani
omam
edien
geltis
e Pro
us, a
Vice
ordinis
nocen
ni no
que
inter
quibus
emum
igeba
. ho
orien
t offi
us Di
bitum
XIII.
zatus,
s ac
aletu
am e
unico
genio
præ
præstans e privata sua Bibliotheca lite- Sæc. XVIII.
rarios fructus colligere, ac eruditorum A.C. 1729.
confortio frui posset, plura etiam antiqua numismata, admodum rara ac selectiora habebat, quæ ex Jerosolyma aliisque Orientis urbibus, quas difficillimis itineribus inviserat, magno studio conquisivit: Demum ætate, curris, ac morbis confectus die decima octava Januarii anno ætatis septuagesimo quinto & sui Cardinalatus secundo, decepsit, sepultus in ipsa Ecclesia S. Bartholomæi in Insula. Præter libros jam recensitos evulgavit etiam dubia selecta de Confessario sollicitante, Historiam Polemicam schismatis Græcorum Vol. IV. & tractatum dogmatico-moralem de Jejunio.

§. XXXVI.

Joannis Baptiste Cardinalis de Salerno decepsus.

Eiusdem Mensis die trigesima Joannes Baptista Salernus, Cosentinus vivere desiit. Hic nobilibus Parentibus Dominico, & Cæcilia Connestabili Ciaccia natus, pietatis & literarum tyrocinium in patria posuit. Adolefcens non sine suorum oppositione Societatem ingressus, ut ad altiores Disciplinas gradum faceret, Romam mis-

Sæc. XVIII. missus est, ubi Ptolomeo institutore
A. C. 1729. usus, Theologiæ non sine maximo pro-
fectu incubuit. Jam tum a Clemente
XI. ejusque Nepote tanti habebatur,
ut Episcoporum Examinator electus,
eundem Nepotem Annibalem Alba-
num in Germaniam ad Principum
Congressum comitari juberetur: Tanta
autem sedulitate hoc munus obibat Sa-
lernus, ut denuo itineris ac laborum
socius eidem Annibali in Sarmatiam
usque adjungeretur, ubi etiam Apo-
stolicæ Sedis auctoritatem strenue de-
fendit, Religionem, atque Ecclesiæ
disciplinam egregie promovit, & Diœ-
ceses ob Antistitum absentiam, & Pa-
storum desidiam laborantes, restituiv-
tibi indefessis Dominicæ Vineæ Cul-
toribus, ac restaurata morum puritate
ad pristinum splendorem reduxit. Pre-
terea Augusto II. Poloniæ Regi non
modo Auctor exstitit, ut Fridericu-
m Augustum Filium suum natu majorem
Catholico Moderatori instituendum,
sed etiam in fide Catholica erudiendum
traderet. Hoc igitur Romanæ Eccle-
siæ reconciliato Salernus omnem ad-
hibuit conatum, ut Neo-conversio nu-
ptiæ cum quadam Catholica Principe
conciliarentur. Eo fine Viennam pro-
fectus, rem cum Carolo VI. Impera-
tore tam feliciter promovit, ut juveni-
huic

titutori
mo pro
lemente
ebatur,
electus,
Alba
ncipum
Tanta
ibat Sa
aborum
matiam
n Apo
ue de
Ecclesie
& Dia
& Pa
estitutis
e Cul
uritate
. Pre
gi non
ericum
ajorem
ndum,
endum
Eccle
m ad
io nu
incipe
n pro
n opera
juvent
huic

huic Principi pientissima Josephi I. Fi-
lia natu major faustissimo jungeretur
connubio: inde in Poloniam reverius,
Anno 1719. die 29. Novembris a Cle-
mente XI. Romanam Purpuram obti-
nuit, unde Romam venire intentus,
die decima quarta Julii solemnni pompa
Urbem ingressus est, atque in gratitu-
dinis signum Pontifici, Therelizæ Al-
baniæ, & Albano Cardinali admodum
pretiosa obtulit dona, vicissim vero a
Poloniæ Rege sexaginta aureorum mil-
libus & annuo decem millium pro-
ventu, necnon a summo Pontifice tot
pinquibus augebatur Sacerdotiis, ut
quotannis inde quadraginta ferme scu-
torum millia reciperet. Interfuit Sa-
cris comitiis pro electione tam Innocen-
tii XII. quam Benedicti XIII. in qui-
bus Cardinalem Pauluccium Societati
apprime addictum toto, irrito tamen
studio ad D. Petri Cathedram evehi
adlaborabat. Postea Viennam profe-
ctus, ibidem, quo consilio incognitum,
aliquamdiu hæsit, & Christianum Ul-
ricum Würtenbergæ Ducem in Roma-
næ Ecclesiae Gremium recepit, simul
que solemnni Cæsaris atque Imperatri-
cis inaugurationi Pragæ interfuit:
Postea a Benedicto XIII. ad Latera-
nense Concilium Romam revocatus,
persuadere nitebatur, ut illud pro Oe-
cume-

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

Sæc. XVIII. cumenico haberetur: ast ipso Papa de-
 A. C. 1729. clarante, illud duntaxat Provinciale
 esse Synodum, saltem gravibus ratio-
 num momentis obtinuit, ut in Selli-
 one, in qua de Constitutione *Unigenit*
 decernebatur, his verbis: *debita ob-*
dientia, adhuc verbum: *omnimoda ad-*
dederetur. Ceterum amplis divitiis au-
 ctus, nec pauperum, nec propriæ sua
 commoditatis obliviscebatur, sed in
 agro Tyburtino, ubi autumnali tempore
 rusticabatur, splendidam sibi villam
 ab imo magnis sumptibus exstruxerat.
 Hoc fuit illi vitæ genus usque ad an-
 num 1729. quo annos natus ferme quin-
 quaginta novem obiit, sepultus in Ec-
 clesia S. Ignatii.

§. XXXVII.

Gregorii Selleri Cardinalis extrema-

Postremus ex Purpuratis, qui hoo-
anno mortalitatem exuerunt, erat
Gregorius Selleri Perusinus. Hic hu-
milibus quidem Parentibus in oppido
Panicole natus, in omni tamen virtu-
tum genere educatus, maximam de se
spem fecerat. Juvenis adhuc Ordinis
Prædicatorum institutum amplexatus,
expleto probationis anno sese Deo so-
lemni votorum sponsione devovit: Phi-
losophicis disciplinis admotus, servido
suo